

designata. Tamen quia de collatione eiusdem domus minime fuerat provisum de equivalenti beneficio. ut tenebamur de Iure volentes ipsis equivalentem provisionem et collactionem facere, que adequari posset Annuo valori quod ipsi percipere poterat ex proventibus dictae terre que eis adempta fuerat per nos ex causa predicta. De comuni voto et voluntate nostra concessimus eisdem in beneficium et beneficii nomine quandam aliam domum pertinentem ad chorum eiusdem ecclesie que est in Civitate Baroli in pictagio Marcikani iuxta domum magistri Iohannis rapuccici iuxta domum sante marie theotonicorum. et si qui alii sunt confines quatinus a presenti ipsi eandem domum teneant et possideant nomine beneficii et fructus et proventus ex ea recipiant toto tempore, vite ipsorum. ipsis vero obeuntibus. dicta domus ad Ius et communionem deveniat redeat dicti chori eiusdem ecclesie ipso Iure. Quapropter in presentia Iudicis notarii et testium Guadiam eis dedimus etc. Quod scripsi ego predictus Iohannes publicus Baroli notarius qui predictis Interfui et meo signo solito signavi. (*Segno*).

- † Iohannes de Maurone q. s. Iudex.
- † Ego Iohannes de Roma archipresbiter baroli testor.
- † Ego stephanus Cantor baroli testor.
- † Ego petrus brunus Sacerdos testor.
- † Signum proprie manus dopni Bartholomei de mraldicio.
- † Ego dopnus stefanus de falco testor.
- † Signum proprie manus andree sacerdotis.
- † Ego Thomasius sacerdos testor.
- † Ego Alamagnus Sacerdos testor.
- † Signum proprie manus dompni Galgani.
- † Ego Georgius diaconus de spiritibus (*sic*) testor.
- † Ego Nicolaus de pace diaconus testor.
- † Ego Nicolaus diaconus testor.
- † ego laurencius subdiaconus testor.